



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Claudii Fleury, Presbyteri, Prioris Argenteliae Et Reg.
Christianiss. A Confessionibus Institutiones Juris
Ecclesiastici**

Fleury, Claude

Moguntiae, 1760

XXI. De interdicto.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-67899](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67899)

mine convictis infligendam, indigitant. Neque est, quod aliter interpretemur verba celebratissimi canonis, *si quis suadente diabolo* ⁴, quo dicitur, eum, qui in clericum vel monachum violentas manus intulerit, *anathematis vinculo subjacere*, si scilicet convictus ac condemnatus fuerit. Interim *glossa* id explicat de excommunicatione ipso facto incurrenda, quæ opinio vulgo regnat.

1) *Gloss. in c. 22. X. de sent. excomm. in 6.*

2) *Gloss. in cl. 1. eod.*

3) NAVARR. *man. c. 27. n. 50.* 4) *C. 17. q. 4. c. 29.*



C A P. X X I.
D E I N T E R D I C T O.

I.

INTERDICTUM est prohibitio in certo loco, veluti civitate, provincia, regno, divina officia vel sacramenta celebrandi, aut certas personas ad ea admittendi, quocumque tendant. Prius *locale*; posterius *personale*; utrumque conjunctum *mixtum* vocari solet. Hæc censura æque ac *excommunicatio generalis* primis sæculis inusitata fuit, si hæreticos aut schismaticos, ab ecclesia secessionem manifesto facientes, exceperis. Nam a ceteris peccatoribus, qui nominatim excommunicati non essent, Christiani non abhorruerunt ¹. In primis hoc sibi commendatum habuere episcopi, ne facile peccatores, qui tanta potentia tantoque numero erant, ut nulla correctio speranda, sed rebellio & manifestum schisma me-

Interdicta, olim incognita.

tuendum esset, ab ecclesia segregarent². Idque ex consilio Augustini³, ubi addit, populum magis *doctrina*, quam *imperio*; *exhortatione*, quam *minis* regendum, & severitate adversus singulos peccatores utendum esse. Laudat caritatem & prudentiam Cypriani, qui a communione cum episcopis, quos avaros, usurarios, alienæ rei usurpatores increpauerat, non abhorruit, carpitque rigorem juvenis episcopi, qui ob delictum domini totam familiam excommunicaverat⁴. Fatetur tamen, magni nominis episcopis interdum aliud placuisse⁵, quale exemplum in Basilio⁶ occurrit, ubi contra plures raptores eorumque familias, & contra oppidum, quo fugerant, fulmen emissum legitur. Sed nullibi legimus, Constantium aut Valentem imperatores, licet hæreticos & catholicorum persecutores, excommunicatos vel ab ecclesia adeunda prohibitos fuisse. Quæ autem adversus Anastasium & Leonem iconoclastam excommunicatio pronuntiata legitur, ad subditos eorum haud porrecta fuit.

1) C.23. q.4. c.19. 2) *ibid* c.32. 3) *ep*.22. al.64.

4) l.3. cont. Parm. & de bapt. cont. Donat. l.4.

5) C.24. q.3. c.1. ex *ep*. ad Auxil.75. 6) *ep*.144.

invalē-
scunt m²
gno ec-
clesiæ
damne,

II. PRIMUM interdictorum usum exeunte sæculo VI. demum apprehendo, quo GREGORIUS Turonensis plura refert exempla episcoporum, qui ob crimina atrocia imperarunt cessationem a divinis, ut ecclesiæ in luctu constituerentur⁷. Sed inde a Gregorii VII. temporibus invaluerunt *excommunicationes generales*, & interdicta ob crimen a principe

commiffum. Nam excommunicato imperatore vel alio principe, omnes ejus fautores & affeclæ h. e. omnes fubditi, in obedientia perfeverantes, excommunicabantur, & totum regnum interdicto verberabatur, ut ceteri etiam, ne pœnam criminis ipfi ferre cogerentur, ad rebellionem excitarentur. Similiter epifcopi ob inobedientiam dynaftæ vel magiftratus civitates interdicto perculerunt: quod sæpe factum, quum dynafta vel civitas quemdam excommunicatum expellere detrectaret². Sed experientia docuit, rigorem iftum plus damni, quam utilitatis adferre ecclefiæ. Innocentes loco nocentium plectebantur, quippe divinis officiis & facramentis privati³. Succellu temporis populi callum obducentes defpicabantur facra, quorum nullum supererat exercitium, nulla fignificatio. Gloffa⁴ memorat, quamdam Marchiæ Anconitanæ civitatem tam diuturno interdicto oppreffam, ut homines triginta & quadraginta anhorum, qui miffam nullam celebrari viderant, presbyteris celebrantibus illuderent. Interdum populi, tantæ ignominie impatientes, in feditiones & ad vim publicam accendebantur. Unde *interdictorum moderamine* opus fuit.

1) *hifl. eccl. l. 34. n. 53.* 2) *Pragm. tit. 22.*

3) *C. ult. de fent. excom. in 6.* 4) *in d. c. ult.*

III. QUARE principio baptifmum infantum & morientium pœnitentiam exceptam legimus. Deinde regularibus id indultum novimus, ne interdicto generali & ipfi involuti intelligerentur, quibus in fuis Ecclefiis divina

Ab interdicto qui excipiantur.


officia, sed clausis januis, & sine cantu ac campanæ pulsu, peragere licuit. Nonnumquam conciones pœnitentiales habitæ, confirmatio & viaticum datum, missa minus solemnibus singulis dominicis, sed clausis portis & remotis excommunicatis, celebratæ¹. Denique administratio pœnitentiæ, minus solemnibus Missa, quotidie; solemnibus autem quater vel quinque in anno festis celebrioribus permittebatur².

1) C. 43. X. de sent. excom.

2) C. ult. de sent. excom. in 6. & ibi glossa.

Interdictum
ipso facto
incurritur.

IV. POENA eorum, qui interdictum violant, est excommunicatio. Interdictum autem iisdem solemnibus ac excommunicatio pronuntiatur, scilicet e scripto, expresso nomine & causa inserta, præviisque tribus admonitionibus. His cærimonis non opus habet *cessatio a divinis*, quæ sine iudicis decreto casu contingere potest, veluti si polluitur ecclesia. Sunt constitutiones, quibus interdictum *ipso facto* in certis casibus; sunt, quibus suspensio ratione clericorum stabilitur. Unde hæc distinctio, ut ipso facto vel ab homine, i. e. lege generali vel iudicio particulari incurrantur, tribus hisce censuris, suspensioni, excommunicationi & interdicto communis est.



C A P. X X I I.
D E A B S O L U T I O N I B U S.

I.

A quo pe-
tenda sit

SUPEREST, ut dispiciamus, quibus modis censura tollantur. Eæ igitur, quæ a